



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XI. De publicatione constitutionis Bonifacii VIII. contra recipientes  
paedagia a clericis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

nis periculum, in huiusmodi sententiis moriuntur. ANNO  
CHRISTI  
1386.  
Quare statutum domini Friderici prædecessoris nostri, quod sententias per vnum vel plures prælatos per omnes ciuitates & diœceses mandat.

Tales sententias publicari per ecclesiarum prælatos\* obseruari præcipimus, vt sic malignorum peruersitatibus obuietur. \* f. & obseruari

## XI.

Constitutiones felicitis recordationis Bonifacii papæ VIII. editas contra eos qui ab ecclesiis & ecclesiasticis personis, pro earum rebus propriis, quas non negotiandi causa deferunt, vel deferri faciunt vel transmittunt, suo vel alieno nomine pedagagia vel quidagia exigunt vel extorquent: eosque qui in his culpabiles fuerint, si personæ sint singulares, excommunicationis; si vero collegium, ciuitatem, vel castrum, vel locum alterius concernit, interdicti sententiæ subiacere per locorum ordinarios, prælatos & archidiaconos ac parochialium ecclesiarum rectores præcipimus solenniter publicari, quemadmodum etiam in Viennensi Concilio est prouide constitutum.

## XII.

Omnibus volumus esse notum, quod tam episcopi, quam alii ecclesiarum prælati, & quæcumque aliæ ecclesiasticæ personæ, qui bona vacantium dignitatum & ecclesiarum quarumcumque sibi subiectarum, seu ad collationem vel præsentationem eorumdem pertinentium, occupant, rapiunt, aut vsurpant, vel in suos vsus vertunt, ipsi episcopi ab ingressu ecclesiæ; inferiores vero ab officio & be-